Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

" siue plangent eũ super aegyptũ & super multitudi
" ne eius siue omni fortitudine illius plangent
" eũ ait dnũs dẽ. Editionẽ utramq; miscemus
in his dumtaxat in quibus discrepant. alioquin
ubi unus sensus est hebraicũ sequimur. In
multis autẽ exemplaribus iuxta LXX. duo
decimus annus & mensis decimus ponitur
iuxta cæteros autẽ inter præter decimus annus
& duodecimus mensis ut uel iam capta sit hieru
salem & gaudiũ pharaonis malis sibi imminen
tibus auferatur uel certe capienda & suis ma
gis miseris doleat quã aliorũ captiuitate
lætetur & interim breuiter quaedam histo
riae fundamẽta iacientes quid hebraei sup
hoc loco intelligant percurramus. leoni
cõparatur pharao. non unius gentis sed mul
tarũ gentiũ siue draconi in mari ut terram
aquas quae possideat qui irrigatione flumi
nũ erigebatur in superbiam quae cornu uocat.
& multitudine exercitus sui omnes aquas tran
siens sciens poterat conturbare. idcirco
expandere se dicit rete suũ super multitudi
nem eius & extrahere eũ sagena sua uel hamo.